



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quæ conditiones requirantur, ut conjux post matrimonium consummatum licitè possit religionem ingredi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. III.

An professus eiectus per sententiam in perpetuum teneatur redire ad religionem suam, vel ingredi aliam, & ad hoc compelli possit?

Qui ob crimen eiectus est, obligatus quidem est in conscientia, ut se corrigat, & correctus iterum petat in ordinem suscipi, & ad redeundum à suis superioribus cogi potest, prout colligitur ex c. ult. h. t. ubi excommunicati posse dicitur eum, qui eiectus redire non vult, & probatur ex obligatione votorum substantialium religionis, à qua non deobligatur. Quòd si tamen emendatus, & reditum sincerè desiderans,

ac petens à sua religione non accipiatur, non tenetur aliam ingredi, potest in sæculo permanere, vel ad laxiorem religionem transire (tamen per ipsum non fiet, quò minus suam religionem revertatur, & quatenus nulla illius culpa est, in sæculo maneat, vel ad laxiorem religionem transeat) nisi sub ea conditione eiectus sit, ut ad aliam religionem transeat, & hanc conditionem implerè tãstet; quo in casu ad hanc religionem ingrediendam compelli etiam potest suo superiore, à quo sub hac conditione, ab illo acceptatâ, eiectus fuerit.

TITULUS XXXII.

DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

§. I.

Qua conditiones requirantur, ut conjux post matrimonium consummatum licitè possit religionem ingredi.

Non negatur quidem conjugibus in matrimonio constitutis converti ad religionem, & eam ingredi, ut licitè tamen hæc conversio fiat, certæ quædam de jure communi conditiones requiruntur: & quidem post consummatum matrimonium, ut conjux possit licitè in religione profiteri, debet habere ad hoc licentiam ab altera parte; &

debet hæc, si senex sit, & etiam si continentie periculum, juxta Episcopi iudicium, in sæculo permanente continentie votum facere, vel non facere, sit, aut sit incontinentie periculum, vel non sit, & ipsa in religione aliqua proficiat, prout statuitur c. Præterea i. c. de conjugatis 8. c. ad Apostolicam 11. significavit 18. h. t. cum mutatio status debeat velut una carnis pars, si senex illa pars sit, quæ in sacramento continetur, & absit incontinentie periculum, & ab sit incontinentie periculum, si ante professionem ex novitatu, v. g. ad sæculum redeat, ad unum.

redire debeat, etiam si hæc votum continentie jam fecisset, cum voti talis absolutus valor à professione securitatem alterius dependeat, tanquam à conditione.

§. II.

An professio emissa à conjuge cum licentia alterius conjugis, manentis in sæculo, sive cum voto castitatis, sive sine illo, sit valida?

Respondetur validam fore, modò cum consensu manentis in sæculo fuerit facta, quamvis nec religionem hæc, si juvenis, aut de incontinentie periculo suspecta fuerat, ingressa fuerit, nec votum continentie in sæculo manens emisit, si senex fuerat, & extra incontinentie suspicionem, prout communiter sentiunt Canonistæ, & probant ex canone Agathosa 2.1. caus. 27. q. 2. & c. ex parte. 9. junct. Gloss. verbo de jure h. i. cum illicita quidem dicatur à jure talis professio, non tamen invalida, si consentiente uxore facta sit; & hinc, si maritus talis, qui cum licentia quidem uxoris professus est, hac tamen non proficiente, nec votum continentie faciente, per Episcopum ad uxorem hanc suam redire jubeatur (quod facere posse Episcopum, ob incontinentie periculum, ex parte uxoris, ex cit. c. 1. patet) exigere quidem non potest debitum, neque post mortem hujus suæ conjugis ad secundas nuptias transire, ob impedimentum ditimens voti, reddere tamen debitum conjugale, conjugi huic suæ debet, cum per licentiam transeundi ad

religionem concessam, suo juri, quod habet ad petendum debitum, legitime non cesserit, neque votum continentie fecerit, nisi conscia uxor juris disponens, de suo etiam in religionem ingressu, aut vovenda continentia, licentiam proficendi marito dedisset; hoc enim in casu revocari vir non posset, cum uxoris talis licentia in ordine professus, quamvis uxor suam postmodum obligationem, quam merito, dando licentiam marito, cum tali conscientia juris, in se suscepisse censetur, non impleat, prout iterum colligitur ex cit. c. 1. h. i.

§. III.

An professio mariti invitâ, vel ignorante uxore facta, & vice versa uxoris, invito vel ignorante marito post consummatum matrimonium, sit valida, & ad quid obligat.

Respondetur non valere quidem talem professionem post consummatum matrimonium, invitâ, vel etiam ignorante, aut contradicente alterâ thori parte factam, ita ut mortuâ hac comparte suâ ad religionem transire non teneatur, qui taliter professus est, obligare tamen talem professionem in viâ simplicis voti continentie; ita ut taliter professus petere non possit postmodum debitum, quamvis reddere teneatur, & post mortem hujus suæ compartis perpetuam continentiam servare teneatur, c. Quidam. 3. & c. Placet. 12. h. i. cum in tali casu præjudicium quidem inferre non potuit per professionem talem suæ conjugi, quia tamen, invitâ etiam conjugæ, vovere potest continentiam, id quod